

Sancti Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollem-
nitas hodie in conspectu tue maiestatis. re-
veratur. Domine deus noster tota in diem terrarum
et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
et orationibus. ut in omnibus protectionibus tue rem-
aneamus auxilio. **I**n eundem christum dominum nostrum.
Ante igitur oblationem servitutis nostrae.
et civitate familie tue. **Q**uesumus domine. ut pla-
cens accipias. dies quoque nostrorum in tua pace di-
cas. atque ab eterna damnatione nos tri-
plex electorum tuorum iubeas grege numerari. **P**
dominum nostrum. **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus que. benedicta. **A**ssumpta. **R**
rationabile. acceptabile opus face-
ris. ut nobis. corpus. **E**t sanguis. **R**
delectissimum filii tui domini nostri ihesu christi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Bd.

41.
Programma

IN FVNERE

ORNATISSIMÆ ET PVDI-
cissima virginis,

ANNÆ MARIAE
BEHMIAE,

Amplissimi & Prudentissimi viri,

MELCHIORIS BEHMII,
Senatoris & Bibliopolæ Helmæstadiensis,
ante annum & v. menses piè
defuncti FILIAE,

IN ACADEMIA IVLIA P. P.



HELMAESTADI.

Excudebat IACOBUS LUCIUS,
Anno cl. l. c. XXVI.

1701

In F. V. 1701

ANNE MARIE DE BRUNN

de Brunn

ANNE MARIE

DE BRUNN

de Brunn

MELCHIORIS DE BRUNN

de Brunn

de Brunn

de Brunn

IN ACADEMIA

de Brunn

de Brunn

de Brunn

de Brunn

de Brunn





PRORECTOR ACADEMIÆ
JULIÆ

GEORGIUS CALIXTUS,
S. THEOL. D. ET PRO-
FESSOR

CIVIBVS ACADEMICIS S. D.

Nsignis est sententia illa Home-
rica, ut cæteræ omnes,
οὐδὲν ἀκιδνότερον γὰρ ἀπέφει' ἀνθρώποις,
In toto nihil est homine imbecillius
orbe.

Quam utinam menti infigant & semper ante
oculos habeant omnes, in primis qui terrā &
terrena bona ita desiderant, ita amant, ita æ-
stimant, quasi in terris perennaturi. Neque
enim desunt, qui ima summis misceant, ad eò
ut quid de cæteris hominibus vel universo
mortalium genere fiat, nauci non faciant,
modò ipsi interea potiantur ampliore terræ
portione, cuius tamen propediem vix pau-
cas ulnas alienâ ope & beneficio occupabūt.

A 2

Unus



*Unus Pelleo juveni non sufficit orbis: (bem,
Quum tamen à figulis munitam intraverit ur-
Sarcophago contentus erit. quem etiam ipsum,
nisi aliorum benignitas curaret, non habe-
ret. Qui itaque vel formâ, vel robore, vel po-
tentiâ pollet & præstat, ex sententia Pindari.*

Θνατὰ μεμνάσθω πεισέδλων μέλη,

καὶ τελευτᾶν ἀπάντων γὰν Ἰπτερομόρθ,

*meminerit se mortalibus amictum esse membris,
& vestem omnium ultimam terram induturū.*

Etiam si verò passim plurimi, quum ignorare nequeant, meminisse tamen nolint; nos tamen oblivisci non patitur vel pietas, quam profitemur, vel literæ in quibus vivimus, vel quotidiana, quæ oculos animosque nostros feriunt, exempla. Pauci dies sunt quum amicissimum collegam nostrum Vir. Rever. & Clariss. Dn. ERNESTVM STISSERVM SS. Theol. Licet. publicè hoc ex loco ploravimus, nunc iterū ad exequias vos vocat funus Ornatissimæ & pudicissimæ virginis ANNAE MARIAE BEHMIAE. Nata autem fuit illa An. Christiano post millesimū sexcentessimūq; septimo, die Febru. mensis vicesimo primo, patre
MEL-

MELCHIORE BEHMEN, matre vero ANNA
SCHEVRDAEA, quorum memoriam pleriq;
omnes adhuc circumferimus. Neq; n. diu est
quum pater diem suum obiit, vir qui Pragæ
quidem Bohemorum licet natus fuerit, hac
tamen in urbe maximam vitæ partem exe-
git, & cum Academicis studijs infi-
gni bibliopolo, tum urbano senatui pru-
denti consilio, omnibus postremò multipli-
ci humanitatis officio inservivit. Ast mater
ante hos decem annos quidem jam mortua
est, nec illa tamen ignota magnam partem
esse potest ei qui tantum *Scheurlaum* illud
cognomen audit. Nemo enim facile est qui
ignoret LAURENTIVM *Scheurl*/ Vir. Rever.
Clarissimumq; nostræ quondam Academiae
Theologû huiusq; Ecclesiae disertum cõcio-
natorem ac Generalem Superintendentem.
Erat autem illa hoc patre nata: simulq; ma-
trem habuerat MARIAM MAGDALENAM,
celeberrimi itidem Tübingensis Academiae
Theologi & Cancellarij perpetui IACOBI BEVR-
LINI, ejus qui ad Possiacense famosum illud in
Gallijs de religione colloquiû à Principe suo
A 3 Christo-



Christophoro V Virtembergico inter alios
fuit ablegatus, filiam. Quamobrem etsi uter-
que parens defunctæ nostræ virginis jam de-
fierit esse in vivis, neminem tamen temerè
latet honestâ illam familiâ progenitam esse.
Neq; verò illa indignam sese suâ domo ex-
hibuit, utpote quæ à teneris rectè educata,
omni semper vitâ virginem honestam ac
pietate egregiam expressit. Non laudabimus
nunc pluribus illam ab virtutibus, quippe
cū omnibus nobis illæ sint longè cognitissi-
mæ, nec nostrum sit præcones hoc loco age-
re, sed invitare vos tantum ad officium exe-
quiarum. Nimirum rectè ita vivētem ac pie-
tatis exercitijs indulgentem non ita pridem
etiam ipsam oppressit ea quæ nunc popula-
riter nimis grassatur dysenteria, tandem-
que abhinc triduo extinxit. Atque illa qui-
dem animam suam Deo proculdubio red-
didit à quo acceperat. Vt enim piè vixit ita &
animo imperterrito mortem nō tam exspe-
ctavit quàm desideravit, ceu cui forderet hic
mundus, certa contra esset mortem sibi non
nisi in meliorem vitam quendam transitum
futu-

futurum. qui solet esse fructus piæ exactæ vi-
tæ & sacrarum literarū diligentis tractatio-
nis, quā sanè illa tantum profecerat ut benè
longum numerum optimarum sententia-
rum etiam moribunda potuerit promptā
memoriā recitare. Nunc nostri officij fuerit
domum tam piæ animæ terrenam etiam ter-
re reddere : ut scilicet pulvis in pulverem
vertatur, non minus atque spiritus jam
reversus est ad Deum qui illum dederat. Vos
igitur etiam CIVES ACADEMICI ibitis exequi-
as defunctæ virgini hodierni diei ordinaria
hora. Sanè debetis illi hoc ipsum officij ut a-
lia nunc taceamus saltem in gratiam præce-
ptoris vestri ac nostri collegæ HENRICI IULII
Scheurl / in cujus familia post patris obi-
tum hætenus vixit, quique nunc iusta il-
li ceu ex sorore nepti facturus est. Deum ro-
gamus, uti vel nunc tandem aliquando cle-
mentiosem sese nobis exhibeat, neu post
belli tam varia atque magna damna deniq;

Dira per incautum serpant contagia vulgus.
V. V. P. P. in Academ. Iulia pro prid. Kal.
Septembr.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.




V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
in primis pro ecclesia tua sancta catholica
pacificam custodire. adiuuare. et regere
ris toto orbe terrarum. una cum familia tua
mon. Rege. in **S** antistitibus nostris **S** et omnibus
orthodoxis catholice et apostolice fidei
toribus. **M**emento domine famulorum famularum
que tuarum. **S** et omnium circumstantium quorum
fides cognita est. et nota deuotio pro quibus
tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
sacramentum laudis pro se suis que omnibus pro
ratione animarum suarum. pro spe salutis. et
incoluntatis sue tibi reddunt vota sua
eterno deo uiuis et uero **O**mnibus





Farbkarte #13

B.I.G.



ma
 E
 ET PVDI
 is,
ARIAE
 Æ,
issimi viri,
BEHMII,
 elmæstadiensis,
 enses piè
 E,
 IA P. P.

LUCIUS,
 XVI

